

- tione convenitur, nisi unus rem per usuram quæ sitam possideat.
- 60 Si unus ex heredibus usurarii non sit solvendo, an cæteri pro illo conveniri possint? & n. 61.
- 62 Legatarii & alii, qui ex bonis usurarii quicquam per ultimam voluntatem capiunt, an teneantur ad usurarum restitutionem, ubi heredes non resiliunt?
- 63 Hæres ex delicto defuncti non tenetur actione rei persequitoria de Jure Civili, si nihil ex male acquitatis ad ipsum pervenerit. De Jure Canonicio tenetur, ibid.
- 64 Hæres usurarii, qui non correctus decepit & imponens, ad restitutionem usurarum tenetur.
- 65 Distinctio, de qua num. 63. inter Jus Canonicum, & Civile, utram vera?
- 66 An in foro seculari servandum sit Jus Pontificium, vel civile, ut in heredem detur actio ex defuncto?
- 67 Hæres usurarii ad instar heredis furis condicione furtiva tenetur.
- 68 Hæres qui non conficit inventarium, an teneatur tur ultra vires hereditatis, si ex delicto defuncti conveniatur?
- 69 Quid circa usurarum restitutionem, & n. 70-71. 72. & 73.
- 74 Ad repetendas usuras datur indebiti extraordinaria condicione.
- 75 Usurarius nisi manifestus appareat, testari non prohibetur.
- 76 Usurarii manifesti testamentum non valet, nisi restituat, vel idoneè caveat.
- 77 Nec valet alia quævis ultima dispositio.
- 78 Princeps Secularis nequit constitui, ut testamentum usurarii manifesti subsistat, non servata formâ capituli Quanquam; de usura in eis.
- 79 Usurario manifesto non licet facere codicillos, nisi servata formâ dicti capituli Quanquam,
- 80 Nec donare causâ mortis, de quo tamen est controversia.
- 81 Constitutio dicti capituli Quanquam, utrum Judæos, & Infideles teneat in territorio Principis Catholicorum?
- 82 Qui usuras exercet palliatas, non in mutuo, sed in alio contractibus, an manifestus usurarius habeatur, ut pœnas dicti capituli Quanquam, incurrat?
- 83 Quoniam manifestus usurarius à turpi negotiacione abstineat, testari nequibit non præfita satisfactio de male quæsitis, nisi jam restituisse.
- 84 Usurarius qui servatâ formâ capituli Quanquam, testatus est, si postea reincidat, testamentum fit irritum: sed si iterum caverit de restituendo, reconveniens saltem in foro interno.
- 85 Testamentum Jure conditum fit nullum si testator postea manifestus cœperit esse usurarius.
- 86 Testamentum usurarii manifesti nullum sustinebitur ac valebit, si postea ipse testator aut solvat, aut idoneè caveat.
- 87 Ut valeat testamentum, sufficit quod usurarius procuratorem relinquat ad cævendum, cum morte preventus per se non possit.
- 88 Usurarii ultima voluntas an subsistat, omessa restituzione, aut cautione, favore cause pia.
- 89 Usurarii testamentum si irritum fiat, succe-

- dunt venientes ab intestato, qui usuras restituere tenentur, & bona sua perficiunt quæ sita.
- 90 Qui stipulatus est pecuniam nomine usurarum, si nondum exegerit, caverere non astringitur, sed debet remittere obligationem, ac prohibere heredibus exactionem.

C A P U T III.

Ad Num. I.

Utrum usurara crimen sit merè Ecclesiasticum, ita ut Judge Laicus de eo cognoscere non valat frequentissime disceptatur, ac varie resolvitur, ut testatur Fontanel. de pastis nupcialibus claus. 4. gloss. 13. part. 2. num. 45. Et sunt quidem tres principue opiniones. Prima docet, usurara crimen Ecclesiasticum esse, & ad forum laicorum nequam spectare. Secunda illud inter delicta mixti fori recenset. Tertia distinguit, ut in quaestione juris solum Judge Ecclesiasticus procedat, in facti controversiis uterque: de quibus plenè, Authoribus laudatis, Farinac. in praxi tractat. de inquisitionibus, quæst. 8. ex num. 134. Alii distinxerunt, an criminaliter, vel civiliter de usurra disputetur. Alii num principaliter, aut incidenter, Alii deinde utrum constitutione Principis Sæcularis usurra prohibeatur, necne.

Verum omni distinctione remota, afferendum est cum D. Covarr. usuram ad utrumque forum spectare, data inter Judicem Ecclesiasticum, & Sæcularem preventione quoad laicos fenoris reos, sicut in ceteris causis mixti fori Molin. de just. & jur. trah. 2. disp. 333. num. 1. Leotard. de usur. q. 100. num. 78. Farin. sup. num. 340. Fontanel. num. 46. verf. Est igitur mea opinio Bobad. Polit. lib. 2. cap. 19. num. 8. Paz Prax. tom. 2. prelud. 2. num. 26. Roderic. de ann. redditib. lib. 3. quæst. 4. num. 128. & 131. Curt. Philipp. part. 2. lib. 2. cap. 1. num. 37. Guttier. Canon. lib. 2. cap. 18. num. 26. Vela de delict. cap. fin. in fin. & prænotavi suprà, lib. 2. cap. 10. num. 37. præter plurimos, quos converunt Bobad. Leotard. Farinac. Peguera qq. crim. cap. 30. & Barbosa in collect. cap. Cum sit generale, num. 7. de foro compet. & cap. Post miserabilem, num. 4. de usur. Tusch. lit. V. concl. 357.

Vers. His tandem prenotatis

Docet D. Praeses, illud censeri crimen mixti fori, quod utroque jure prohibetur: quod & ego tradidi ex alius ubi proxime, unde ut nuper num. 1. in fin. insinuavi, nonnulli sentiunt, quod ubi usurra non est vetita lege Principis territorii, usurra crimen sit Ecclesiasticum privative. Cardin. Lug. de just. & jur. disp. 25. numero 250. Mart. de jurisdict. part. 2. cap. 7. num. 10. & alii, quibus assentiuntur è nostrisibus plures, dum ajunt, ideo apud nos judicem laicum de usurra cognoscere, quia jure regio vetatur. Sic Bobadil. ubi sup. Azeved. in l. 1. num. 87. tit. 6. lib. 8. Recopil. Avend. de exeq. mandat. part. 2. cap. 29. n. 1.

Oppositum probavit Leotard. ubi proxime, & consentit Roderic. sup. n. 125. quia cum usurra sit iuri naturæ contraria, etiam in aliqua provincia, vel civitate nulla lex hoc crimen prohibet (modo non foret permisum, & publicè toleratum) penes Magistratus sæculares resideret potestas ad usurarios coercendos, sicut continget in

Varias Resolut. Lib. III. Cap. III.

in adulterio, homicidio, vel furto, & aliis quæ jure naturali vetantur, alias cederet in detrimentum Reipublicæ, cuius interest, ne delicta relinquantur impunita, l. Si ita vulneratus 52. §. fin. ff. ad leg. Aquil. cum similibus, quas dat Glosa ibi, verbo Impunita. Cura autem extirpandi crimina, illicitas exactions impediendi, ne quis cum aliena jactura locupletetur, prout fœneratores fatigunt, Präpositis civitatum, Präsidibus, aliquique Judicibus incumbit, l. Illicitas 6. de offic. Präsid. non Ecclesiasticis Prelatis, nisi quoad spiritualem animarum salutem. Molin. sup. num. 1. in fin.

Unde deducitur, usurarum crimen fore mixti fori, eti lege laici Principis non interdicetur; sufficit enim, quod æquitas naturalis violetur in commune damnum, ac Reipublice perniciem: & tunc Judge Secularis ut Juris Pontificii exequitor poterit pœnas eo stabilitas fœneratoribus irrogare.

Vers. Secundo infertur.

6 Sed & nunc usurarum delictum erit merè Ecclesiasticum, si in aliqua civitate, aut provincia per Principem, vel consuetudinem fœnerandi exercitium permittatur; nam eti ex eo usurarii à peccato, & restitutione non eximantur, pœnam tamen per laicam potestatem non sustinebunt. Leotard. ubi proxime, Azeved. in d. l. 1. à num. 80. Vela de delict. cap. fin. num. 6. & prædicti sup. cap. 1. num. 10. cum seq. & in Hispania sic aliquando contigit, l. 1. tit. 6. l. 8. Recop.

Vers. Tertiò appetat.

7 Cùm Judge Ecclesiasticus in Clericos duntaxat procedere valet, & Sæcularis in laicos, velut in homicidio, & furto, crimen non dicitur mixti fori; sed quando Ecclesiasticus habet cognitionem etiam adversus laicos, ut in sacrilegio, affassifio, & adulterio, quod quidem mixti fori est. Sanch. de Matrim. lib. 10. disp. 8. numer. 16. Farin. in prax. q. 14. numer. 47. Guazzin. de defens. reor. defens. 1. cap. 11. num. 7. Bobad. Polit. lib. 2. cap. 17. numer. 61. Et ita verum est, nisi agatur ad thori separationem, quia solus Ecclesiasticus est competens. Sanch. & Farinac. ibidem: quod adnotare oportet, quia D. Covarruv. hic videtur insinuare, adulterium ex illis criminibus esse, in quibus Ecclesiasticus non procedit in laicos. De mixti fori delictis consule quos congesisti sup. lib. 2. cap. 10. num. 36. in fine.

Vers. Quartò non est.

8 Adde laudatos numer. 2. prædictum Molinam, qui inquit hoc crimen fore sæculare, & secundum se ad jurisdictionem laici Principis spectare: & huic licere suis constitutionibus declarare, an contractus sub certa forma celebratus sit usurarius, aut licitus, modo sacris Canonibus non adverbetur, scripsit late Leotard. in append. quæst. 87. num. 62. (et si alii contraria sentiantur, ut Cenc. de censib. decis. 80. ex numer. 7. & D. Raphaël apud Leotardum,) cuius opinio nostri Juris Regii Constitutionibus comprobatur, l. 8. 13. & 15. tu. 18. lib. 5. Recop. l. 2. 3. & 4. tit. 6. lib. 8. Recop.

Vers. Ubicumque sit.

Cùm usurara crimen sit mixti fori, extra dubium 9 videtur, quod possit Princeps laicus adversus usurarios pœnas statuere, ut ex pluribus probat Leotard. ubi proxime, Petr. Caball. resolut. crimin. cas. 188. numer. 2. & 8. Marta de jurisdic. part. 2. cap. 7. numer. 10. & 26. Sic fœneratores coercuntur l. 4. & 5. tit. 6. lib. 8. l. 15. tit. 18. lib. 5. Recopilat. Sed eti tale delictum privativè ad forum Ecclesiasticum spectaret, ut volunt non pauci, liceret laico Principi in fœneratores fancire, ut D. Covarruv. docet, quemadmodum in hæreticos; quanquam hæresis crimen sit merè Ecclesiasticum, sicut habetur tit. C. de heretic. & de Jure Regio titul. 26. part. 7. tit. 3. lib. 8. Recop. ubi multiplex pœna hæreticæ injurgit pravitati: obseruant Farinac. de hæres. quæst. 186. numer. 155. & 157. Gregor. Lopez. in l. fin. gloss. ult. tit. 3. p. 4. Simili modo tametsi cognitione de matrimonio solius fori Ecclesiastici sit, poterit Princeps pœnas stabilire in eos, qui illicite illud contrahunt, l. 1. titul. 1. lib. 5. Recop. ubi Mathienz gloss. 7. numer. 4. Gregor. Lopez. ubi proxime, Anton. Gomez. in l. 49. Taur. numer. 2. D. Covarruv. de matrim. p. 2. cap. 6. ex num. 20. & numer. 25. docuit, Laicos Judices procedere ad exequitionem ejusmodi pœnarum, eti de causa principali cognoscere non valeant. Sequitur Azeved. in d. l. 1. Recop. num. 42. Vide l. fin. tit. 3. p. 4. Menoch. de arbitr. casu 398. ex num. 41.

Ibi: Imo exequitio instrumenti publici.

Si postulata coram aliquo laico judge exequitione publici instrumenti, reus de usurra contritus opponat, sive quæstio juris sit, sive facti, de ea idem judge cognoscet, servatâ formâ, de qua in l. 2. tit. 21. lib. 4. Recop. Quod si apud Ecclesiasticum ante, vel post cœptum exequitionis judicium de nullitate ejusdem contractus propter usuram disceptetur, licet id sæcularis non ignoret, & allegetur, imo non obstante Ecclesiastici inhibitione, poterit procedere uisque ad debiti solutionem, quæ prædicta cautione fieri debet. Ita cum D. Covarruv. docent Roderic. de ann. redditib. lib. 3. qu. 4. numer. 132. Guttier. Canon. lib. 2. cap. 18. numer. 26. Parlador. quotidiana. lib. 3. cap. fin. part. 5. §. II. numer. 23. Bobad. Polit. lib. 2. cap. 19. numer. 8. Cevall. comm. cont. com. quæst. 1. numer. 662. Quidquid de suspensiōne judicii exequitio, & remissione cause super usuram ad Ecclesiasticum scripserint alii, ut videre licet apud Azeved. in l. 1. numer. 185. tit. 21. lib. 4. & in l. 1. numer. 83. tit. 6. lib. 8. Recop. Mart. de jurisdict. part. 2. cap. 7. numer. II. Clar. §. fin. qu. 37. numer. 2. Spir. Spec. testam. gloss. rubric. 13. à num. 66. Petr. Barbofa in l. Titia. numer. 48. ff. fol. matr. Guttier. de jurament. confirmat. part. I. cap. 2. à num. 9. ubi cum his senserat. Ast postquam usurarium contractum declaraverit Ecclesiasticus, Laicus inhibitus ad exequitionem publici instrumenti procedere nequibit. Parlador. ubi sup. Adde plures, quos dat Amat. var. resolut. 36. n. 12.

Ad Num. 2.

Ex usurario crimen nota infamiae contrahitur 10 Jure Pontificio, communis, ac nostro Regio, cap. Inter dilectos II. de excessib. Pralat. l. Improbum fœnus

famus 20. C. ex quib. caus. infam. irrog. l. 4. tit. 6. part. 7. l. 5. tit. 6. lib. 8. Recop. Greg. Lop. in d. l. 4. gloss. 15. Tusch. lit. V, concl. 343. num. 13. Leff. de just. & jur. lib. 2. cap. 20. n. 186. Trullench. in Decalog. lib. 7. cap. 19. dub. 22. n. 2. Menoch. de arbitrar. cas. 398. num. 11. Leotard. de usur. q. 100. num. 40. Clar. §. Ujura, num. 16. Azeved. in d. l. 5. Recop. n. 5. Vela de delict. cap. fin. n. 5. Barbo cum plurimis collect. d. cap. Inter dilectos, num. 6. & collect. d. l. Improbum, n. 2. Quæ quidem infamia ipso jure incurrit, ut notant præcitat.

Ibi : Licet tamen controverti.

12 Qui hodie usuras exigit, etiam eas quæ quondam ut legitimæ permittebantur, de jure communi infamis fiet, quia jam omne scenus est improbum ex Jure Canonico, cui stare tenetur, abrogatis legibus, quæ vel minimas usuras exigit concedebant. Greg. Lop. & Clar. ubi proximè, Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 334. n. 1. Peguera crin. decif. 31. n. 1. Farinac. in prax. q. 56. n. 352. Barbo cum collect. d. l. Improbum, num. 4. Leotard. n. 41. Roderic. de am. redditib. lib. 3. q. 4. n. 116. Salas de usur. dub. 47. num. 1. Paz prax. tom. I. part. 8. cap. unic. num. 26. Menoch. sup. num. 30. Petr. Greg. de usur. lib. 3. cap. 2. Cantera quest. crim. cap. 8. n. 52.

Ibi : His adstipulatur quod pœna.

Hoc est satis controversum, teste Claro §. In-
tebus, num. 4. Vide quæ docet D. Covar. paulò
inferius, ac latius de matrimon. part. 2. cap. 6. §. 8.
num. 30.

Vers. Scribit tamen Salicetus.

13 Licet crimen usurarum jure ipso irroget infamiam, nisi tamen palam quis scenus exerceat, sententia declaratoria desideratur; sed tunc non efficitur infamis ex judicis pronuntiatione, sed ex lege. Greg. Lop. ubi proximè, Roderic. sup. n. 117. Molin. sup. Barbo. d. collect. l. Improbum, num. 3. Spin. 3. de testam. gloss. rubric. part. 13. num. 21. Tamen usurarius occultus, etiñ nulla præcedat sententia, repellet à testimonio. Farinac. sup. n. 354.

14 Observant communiter super laudati, quod si usurarius haeres sit institutus, competit fratri testatoris querela inofficiis testamenti, quæ solum datur cum persona turpis institutur, l. In arenam II. l. Fratres 27. C. de inoffic. testam. §. Soror autem, juncta glossa verb. Turpibus, Inf. eod. Ita Greg. Lop. Molin. Trullench. Roderic. ubi sup. Nec post peractam pœnitentiam deletur infamia. Greg. Lop. ibidem, ideo in testem non admittitur. Farinac. sup. n. 356. Quid de aequitate canonica, dicendum infra, n. 20.

Ibi : Jure regio usurarius.

15 Ista Ordinamenti lex statuens in usurarios pœnas, est in nova Regiarum Constitutionum compilatione lex 4. tit. 6. lib. 8. cuius meminere Molin. ubi sup. Roderic. num. 118. Paz num. 26. Vela num. 2. Cur Philip. part. 2. lib. 2. cap. 1. num. 40. Alfar. de offic. Fisc. gloss. 20. num. 417. Cantera d. cap. 8. n. 54. Olan. antinom. jur. lit. V, n. 22. Guttier. Canoncar. lib. 2. cap. 18. n. 10. In Curia

Philipica mentio fit cujusdam pragmaticæ, quæ præfatae constitutionis dispositio immutabatur; sed novæ Recopilationi inserta non est. Observa quæ D. Covar. docet. inf. n. 5. vers. Ex quibus.

Ad Num. 3.

Clericus per foenoris usum eodem modo ac lai-
cus infamis efficitur: de qua, & alii suspensionis,
ac depositionis poenis Molin. sup. disp. 334. num. 2.
Leff. num. 186. Trullench. num. 2. Peguera num. 3.
Cantera n. 52. vers. Sed redeundo, Paz. num. 26.
Leotard. ex num. 29. Vivian. prax. Jurispatron.
lib. 6. cap. 5. n. 10. Farinac. fragment. verb. Clericus
n. 117. cum seqq. & alii apud Barbos. collect. cap. Præ-
terea de usur.

Ad hæc talis usurarius prohibetur sacris Ordinibus
insigniri. Tusch. lit. V, concl. 343. num. 11. Leo-
tard. sup. n. 29. Farinac. ubi proximè, n. 120. Salced.
ad Bern. Diaz. in præf. cap. 88. Nec eligi, aut præ-
sentari potest ad Beneficium, cap. De Petro. 47. disf.
Vivianus, & Farinacius ubi prouper.

Ibi : Quibus objicitur decisio textus.

Pro concordia capit. I. & capit. Præterea 7. 18
de usur. confundendi Molin. d. disp. 334. num. 2.
Leotard. sup. q. 100. num. 30. Peguera d. decif. 31.
num. 15. Farinac. ubi proximè, num. 117. Salas
de usur. disp. 47. n. 8. Bern. Diaz. in præf. cap. 88.
Quidam cum D. Covar. sentiunt, Judicem prius
ad suspensionem proceſſum, & si clericus non
resipſcat, & perseveret, ad depositionem trans-
grediendum. Alii videtur talis ordo non esse ne-
cessariò servandus, sed judici licere pro suo arbi-
trio, inspectis delicti frequentia, diutinitate, cæ-
terisque circumstantiis, unam, vel alteram pœnam
irrogare. Sic Molina, & Leotardus. Clericus pro-
xeneta, ac interveniens in contractibus usurarius,
pœnam ejusmodi non subiicitur, alias tamen pro ar-
bitrio judicis coercetur. Farinac. n. 126. Menoch.
de arbitrar. cas. 411. n. 3.

Vers. Quod verò diximus.

Episcopus valet dispensare, ut usurarius cle-
ricus peracta pœnitentia Beneficium quod pos-
sibilet, retineat, non ut alia nanciscatur. Barbo
collect. cap. Præterea. in fine, de usur. Salced. sup. d.
c. 88. Farinac. sup. n. 123. Verum per Episcopum dis-
pensari posse cum usurario correcto, ut etiam ob-
tineat Beneficia, tenent Molin. d. disp. 334. n. 2.

Trullench. in Decalog. lib. 7. cap. 19. dub. 22. n. 2.
Villalob. Sum. tom. 2. tract. 22. diff. 22. n. 1. de
quo paulò inferius. Ait tamen Molina, quod si us-
urarius eligeretur, aut præsentaretur, etiamsi pœni-
teat, nequibz ex dispensatione Episcopi idem Be-
neficium adipisci, ad quod fuerat electus, vel præ-
sentatus; atque ita intelligit Glossam in cap. Præ-
terea, de usur.

Ibi : Nam his ob infamiam etiam
juris.

Aliud ex pluribus tradidi Præticarum cap. 19. 20
num. 24. nam infamia juris etiam obtentas digni-
tates, numera, & Beneficia admitt. Vivian. sup.
n. 97. Nihilominus pro tuenda opinione Glossæ
in cap. Inter dilectos, de excess. Prætar. D. Covar.
& sequacium dicendum erit, quod usurarius im-
pleta pœnitentia famæ restituatur de æquitate
canonica

canonica, ut cum Baldo & alii tenerunt Salced.
ad Bern. Diaz, cap. 88. Vela de delict. cap. fin. num. 8.
Farin. fragm. verb. Clericus, num. 121. Qua ratione,
si Episcopus dispensaverit, licebit tali clericu sua
retinere Beneficia, non alia querere, ut D. Covar.
edocet, obstante infamia facti, quam per crimen
clericus contraxit usurarius, quæ nec per Principem
deleri potest: & hæc licet non auferat obtentum Be-
neficium, impedit acquirendum. Notatur per me
Practicar. cap. 19. n. 30. 31.

Vers. Caterum circa hujus.

De intellectu capit. Quanquam, de usur. in 6.
confuse quo refert Barbo in collect. ibi, & quos
inter scribendum laudabimus, præsertim infra
sub. num. 5. vers. At si tractetur.

Ad Num. 4.

21 Quis censeatur usurarius manifestus, ut poenas
Jure Canonico in eos stabilitas sustineat, in compo-
rto non est. Illud apud omnes constat mani-
festum usurarium fore, qui publice foenerati-
tiam negotiationem exercet. Molin de justitia &
jur. disp. 333. num. 2 Trullench. in Decalog. lib. 7.
cap. 19. dub. 22. num. 1. Leotard. d. quæst. 100. n. 2.
Menoch. de arbitr. cas. 235. num. 4. Azeved. in
l. 4. num. 3. tit. 6. lib. 8. Recop. Bernard. Diaz. in
præf. cap. 89. num. 2. Spin. de testam. gloss. rubric.
part. 13. n. 18. Paz in præci. tom. I. cap. unic.
part. 8. num. 26. Tusch. lit. V, concl. 341. num. 29.
Sed sententiam declaratoriam desiderari tenet Me-
noch. n. 12. Dissentit Guttier. Canon. lib. 2. cap. 19.
num. 10. Leotard. n. 24.

22 Nec refert, an per se, vel per alios quis fo-
norū pecuniam det. Leotard. num. 9. ubi alii. Non
solum qui mutuat, sed etiam qui per venditionem
vel alios contractus usuras exigit palam,
usurarius manifestus habetur, Molin. ubi proximè.
Et quanvis ipse afficeret, non requiri actuum
repetitionem, quia unicus, si probetur sufficiet;
contrarium tamen est tenendum cum Menoch.
n. 6. Spino ubi proximè. Mascard. de probat. concl.
1420. num. 4. Guttier. Canoncar. lib. 2. cap. 19. n. 8.
& alii apud Leotard. num. 6. ipse tamen cum
nonnullis Molinæ sententiam tuerit, ac veriore
profetur.

Vers. Est enim & is.

23 Ex propria confessione judicio facta quis
manifestus usurarius habetur. Mascard. concl.
1420. num. 8. Leff. de just. & jur. lib. 2. cap. 20.
num. 185. Clar. §. Ujura num. 15. Guttier. sup.
num. 12. Barbo. collect. cap. 1. num. 9. de usur.
in 6. Leotard. num. 10. & cæteri proxime laudati.
Sed Spin. sup. num. 19. Judicis sententia opus esse
opinatur contra Leotard. numero 24. Dubitationis
est, num manifestus usurarius censeatur, qui sim-
pliciter se usuras egisse coram Judge fatetur,
non exprimens, publice fenus exercuisse? E-
hanc qualitatem necessariò exprimendam, ut pœ-
nis reus afficiatur, tenent Menoch. dicit. cas. 235.
num. 20. Mascard. num. 10. & alii apud ipsos.
Op-
positum cum D. Covar. & non paucis sustinet
Leotard. q. 100. num. 11. pro cuius resolutione
Leff. 333. n. 2. Trullench. Leff. Azor. ubi proximè, Card. Lug. de justitia & jure
disp. 25. numer. 239. quibus accessit Leotard. n. 24.
& 25. quando reus ita probationibus superatur,
ut nihil contra illas objiciat, alioqui cum per
oppositionem res dubia efficiatur, sententia opus
erit. Sed prior opinio amplectenda, ut benignior
ac verior, cum in judicis arbitrio sit, an vel quanta
fides sit testimoniis adhibenda l. 3. de testib. Menoch. sup.
n. 31. & 32.

Ibi:

Vers. Tertiò licet confessio.

Disputatur an confessio extrajudicialis coram 24
Sacerdote, vel Notario, & testibus sufficiat, ut
confessus pro usurario manifesto habeatur? Affir-
mant D. Covarr. Menoch. dicit. cas. 235. num. 21.
Villlob. commun. opinion. lit. V, numero 113. Barbo.
collect. cap. Quia in omnibus, num. 18 de usur. Clar.
ubi sup. Anton. Gab. commun. lib. 7. concl. 20. num. 7.
præter laudatos sup. num. 21. & 23. & quos re-
ferunt Leotard. num. 13. & Malcard. num. 11. Negati-
vam sententiam Foller. Lupus, & alii apud Leo-
tardum, ac Mascardum numero 13. & est communis
Theologis, cui subscribunt Azor. Instit. Maral.
part. 3. lib. 5. cap. 18. vers. Queres quid, Trullench.
sup. dicit. dub. 22. numer. 1. Leff. d. cap. 20. numer. 185.
Molin. disp. 333. in fine Bonacini. Sum. tract. de
contract. disp. 3. q. 3. punct. ult. numero 2. Reginald.
lib. 23. cap. 11. n. 94. Villalob. Sum. part. 2. tract. 22.
diff. 21.

Et quanvis affirmativa sententia procedat si
confessio publicè fiat, ita ut in plurim notitiam
devenerit; tamen eam solam non efficere mani-
festum usurarium, nisi alia concurrerint admini-
cula, & tunc judicis arbitrio relinquendum scri-
bit Leotard. num. 13. & 14. Imò Judicis senten-
tiam desiderari observat Spin. numer. 18. Hic eadem
quaestio excitari potest, affirmativa opinione ad-
missa, de qua sup. numero 23. Guttier. d. cap. 19.
numero 12. docet necessariò requiri, quod exprima-
tur qualitas manifesti, aut probetur, scilicet quod
publicè exercuerit, usuras, qui ex sua opinione
loquitur consequentur, de qua infra.

Vers. Quarto etiam dicetur.

Qui judicis sententia de foeneratio criminis 25
damnatur usurarius manifestus censetur: tenent
omnes ferè laudati sup. num. 21. 23. 24. & quos
exhibit Leotard. numero 22. qui hoc verum putat
de sententia legitimè prolata, a quo provocatum
non est. Idem num. 24. disputat, num sit fatus reum
simpliciter usurarum pronuntiari, absque expre-
sione quod sit manifestus & publicus foenerator;
Affirmat aduersus Menoch. dicit. cas. 235. numero 31.
sed resolutio defumenda erit ex traditis infra, num.
38. cum seqq.

Ibi: Nec prius hic usurarius.

Non est manifestus usurarius de crimine per
testes in judicio convictus, antequam judicialis
sententia subsequatur. Menoch. ubi proximè Gut-
tier. num. 15. Malcard. dicit. concl. 1420. infin. Ant.
Gab. sup. d. concl. 20. num. 9. Salced. ad Bern.
Diaz, cap. 89. Ant Thesaur. de pœn. Canon. lib. 2.
verb. Ujura, cap. 7. vers. Non tamen sufficeret, &
alii apud Salas de usur. disp. 46. num. 4. Aliud com-
muni Theologorum Scholæ videtur, & ita contrà
tenent Molin. sup. disp. 333. n. 2. Trullench. Leff.
Azor. ubi proximè, Card. Lug. de justitia & jure
disp. 25. numer. 239. quibus accessit Leotard. n. 24.
& 25. quando reus ita probationibus superatur,
ut nihil contra illas objiciat, alioqui cum per
oppositionem res dubia efficiatur, sententia opus
erit. Sed prior opinio amplectenda, ut benignior
ac verior, cum in judicis arbitrio sit, an vel quanta
fides sit testimoniis adhibenda l. 3. de testib. Menoch. sup.
n. 31. & 32.